



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Luca[n]dia[m] à graui ægritudine. 236 & 237

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

234 Mulier item cum vomitam
intimis in mamillis aleret, infa-
nis doloribus miserè carpebatur.
Tetigère sacri hi pulueres ægrâ,
& rupto apostemate morbus elā-
guit, integritasq; in locū successit.

235 Ibidem vir nobilis Hora-
tius Leopardus, per eiusdem anni
Octobrem, dysuria & calculi cru-
ciatu enecabatur, vt ijs iam malis
nihil remedij videretur superare.
In tali statu Magnam Virginem
sollicitat, vti ob IGNATII merita
desperato opituletur; simul ipsum
IGNATIVM, vt sibi patrocineretur,
implorat. Nō intercessit diei mo-
mentum, &, ecce tibi, dolor vn-
dique remittere: & aquam Ho-
ratus petere, & arenæ glaream
fundere, lapidumque fragmina
incepit moliri. Quibus omnibus
egestis facilè deinde ex morbo
conualuit.

236 Eodem & tempore & loco

Lucan-

Lucādia, Pompeij Georgij vxor,
 mensibus quinque perpetuis, dif-
 ficili ægritudine conflictabatur.
 Inter cæteras pestes vehemens il-
 lā cordis palpitatio vrgebat. Sed
 omnē hanc dolorum aciem, ami-
 culi lacinia, qua I G N A T I V S vti
 fueuerat, primo statim contactu
 exanimauit.

237 Eadem Lucādia, nonū iam
 mēsem grauida, libras sanguinis
 viginti de corpore profuderat:
 sed viribus iam, atq; ipsis prope-
 modū sensib. defecta, quo potuit
 pacto S. I G N A T I V M inuitat. Mirū
 creditu! Confestim subsistere san-
 guis, illa ad se redire, prorsumq;
 reuiuiscere. Tum autem in enixu
 cū natura succumberet, è cælo
 idem perstitit auxilium vocare;
 idemque impetrauit. Nam edito
 per indolentiam fetu, quanquam
 eo extincto, ipsa certē incolumis
 permanfit.

M 2 238 Pro-